

Duas odes de AURAE

JOÃO CARLOS DE MELO MOTA

Aura Sexta et Octogesima

Ad Marium Lucium Sodalem

Admodum Musae studiosus altae
Per uias rerum quatiore furentis
Impetu uenti: labor et uolandi
Pellitur ardor.

Punctus aerumna labor in profundum
Torpidi brumaeque riget timoris
Et sibi soli caput edit intus
Uerba soluta.

Nunc noua tu luce meo, sodalis,
Lumini, Luci, patulumque das et
Altius caelum, ducis et Camenae
Rursus ad aram.

Sol tibi semper liceat docenti
— Ille sol quem tu mihi gratiarum
Optimam donas — utinam secundo
Ore micare!

Aura Undeicesima

Ad Christum

Christe, quem totum modo, pure salue,
Cor meum cepit nimium beatum,
Qui potes solus, pie raptor, alium
Te dare rapto;

Te tamen capto precor haud modo sis
Corpori mentique meae nouandis
Aptus et diuus cibus o sed unus
Simus et ambo!